## Canticum Zacharie.

Benedictus dñs deus israel: qꝛ vi
sitauit ꝛ fecit redemptcõem plebis
sue. Et erexit cornu salutis nobis: i do
mo dauid pueri sui. Sicut locut⁹ est per
os sanctoꝝ: qui a seclo sũt ꝓphetaꝝ eius
Salutẽ ex inimicis nostris: ꝛ de manu
oim̄ qui oderũt nos. Ad faciendã mi-
sericordiã cũ patrib⁹ nostris: ꝛ memo-
rari testamẽti sui sancti. Iusiurãdũ qḋ
iurauit ad abrahã patrẽ nostꝝ: daturꝝ
se nobis. Ut sine timore de mãu inimi
coꝝ nostroꝝ liberati: seruiam⁹ illi. In
sanctitate ꝛ iusticia corã ipso: oĩbus die
bus nostris. Et tu puer ꝓpheta altissi-
mi vocaberis: p̄ibis enĩ ante faciẽ dñi
parare vias eius. Ad dandã scienciaꝫ
salutis plebi ei⁹: in remissionẽ peccatoꝝ
eoꝝ. Per viscera miſcdie dei nři: in qui
bus visitauit nos oriẽs ex alto. Illũia
re his qui in tenebris ꝛ i umbra mortis
sedẽt: ad dirigendos pedes nostros in

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-116/0238
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG